

4  
materialia ad certum tempus pariter in huius-  
modi Residentias convertere, donec expulso eue  
alieno, & adificata domo, aut ibi qz redibitibus, ad  
Collegij formam reuertentur.

6 Contributionibus imponendis Collegia ne  
graves (nisi magna quaedam & insuperabilis  
necessitas inuandorum seminariorum ad id cogent  
quin potius pecunijs, quas in sua habet potestate  
eorum indigentiam subleuet (Congregatio Septima  
d. 82. §. 7.) & quo in posterum certius constet  
de communibus expensis Provinciae; singulis  
annis, exente Ianuario, à Procuratore Provin-  
ciae exigat eorum rationem: quam ut etiam  
ipse reddere possit de pecunijs sibi unde unqz,  
& à quocunqz traditis; curat per socium in  
peculiari codice accepti, atque expensi  
accurate scribi.

7 Ad sumptus minime necessarios vitan-  
dos, diligenter consideret, an superflua domi  
habeantur. v. g. equi, famuli (Congregatio  
Septima d. 82. §. 7.) atque in prima Congregatione  
Provinciali adhibitis in consilium Patribus  
antiquioribus, ac bono zelo praeditis, dis-  
piciat, an decursu temporum maxime contra  
consuetudines Provinciae, de quibus mentio  
fit in Ordinali Generalium cap. 8. pag. 57.  
§. 7. et contra Vilitatorum, ac Provincialium  
ipsorum Ordinationes, introductum fuerit,  
quod in ratione victus, & vestitus, in  
excipiendis hospitibus nostris, in inuita-  
tionibus externorum, ac similibus religio-  
parupertatem, ac frugalitatem minus  
de-

5 3  
debeat: et id totum, auctoritate (si opus sit) Pro-  
uinciae, ad antiquam simplicitatem reuertatur.

8 paucis sit in peregrinationibus concedendis,  
praesertim non sine equo, vel ieheda obeuntis:  
curabitque, ut Nostri, dum ex vno in aliud Collegium  
commigrant, pedestri itinere in toto, vel in parte  
stantur: & ut in equitando solius necessitatis  
suae persona, siue negotiorum (quam superiores  
mittentes indicabunt) ratio habeatur. Cong. 3.  
dec. 37. Regul. Provincial. 119.

9 Taxam viatici dari solite demigrantibus  
ab vno loco in alium intra, vel extra Provin-  
ciam recognoscant, & iudicio peritorum (si opus  
esse videatur) emendet, eamque ab omnibus, praes-  
sertim à Concionatoribus obseruari curet:  
omnesqz intelligant, si quid super fuerit  
è viatico siue à Collegio, unde discessit, tributo,  
siue ab amicis elemosinae nomine donato,  
id totum Collegio, ad quod venit, esse restitu-  
endum, ac facturos contra paupertatem qui  
secus fecerint.

10 Superioribus petentibus licentia edificandi,  
vel noui alicuius operis molendi, ac potissimum  
accipiendi mutuo pecunias, ne facile annuat:  
sed prius intelligat causas, necessitate, ac modum  
restituendi: ac satis omnino fuerit, ubi Rectores  
vrgent, expectare donec per occasionem visita-  
tionis super locum ipsum necessitas, & ratio  
operis, quod proponitur, faciendi cognoscatur.

11 Vt nonnisi peritis oeconomiae rei fami-  
liaris